

ter communicas. Quid ego? schedas has exigua submitto. Qui libri prodeant, quæ scripta passim in Germania vulgentur, sine numero propemodum, Catalogi testantur Francofurdienses, Lipsienses, ac minores alii. Significo hic potius, quid novi, quidq; rari Cœlum pariter & Terra exhibuerint ab uno alteroq; anno haec tenus Germanis.

Interest posteritatis, quæ hoc senescente seculo servavimus de cœlo, quæ in terris vidi- mus miranda, ex mortalium memoria ne de- leantur. Hyemem & longam & nivosam, præter ordinem Naturæ sicca pariter ac frigi- da vernalis, æstivalis posteà exceptit calida & si- tiens tempestas, adeò, ut ab Aprili ineunte, ad adultum mensēm Iulium vix una alteraçve ci- tò transiens, & paucissimos attingens agros pluvia in nostro Horizonte gramina, frumen- ta omnis generis fructusq; nec non olera emo- rientia cum plantis & arboribus, qvin imò vix tellurem irroraverit hiantem. *Hamburgi, Re-*

) (

va-